ipsaque plana verborum dispositio iam divinum ali-
quid prefert foris in facie. Deo igitur cooperante
de litterę ipsius consequentia quę inveniuntur in
libris utriusque testamenti quiddam mea temptabit
exilitas. ut qui ad interiora cordis oculum ~~dirige~~
dirigere non sum ydoneus. ipsa saltem verba quę foris sunt in aliqd
ad adducam brevitatis compendium. ubi et conabor
utros satisfaciam. et his qui spiritales sunt sensū
spiritalis quę intus latet. ex parte (a. R.) viam et
limen sternam. Ex ipsa certe docemur scriptu-
ra. quod omnia in pondere mensura et numero
constituit dominus deus. qui ipsum quoque pondus
atque mensuram sub certis numerorum conclusit
legibus ac terminis. quod in ipsis ponderibus et
mensuris facile est advertere quę nobis ipsius
scripturę declarat auctoritas. Genesis et exodus
in evidenti sunt. in quorum priori cum de
archa noę. in sequenti autem de constructione
tabernaculi ac de arcę fabrica preciperetur
moysi. mensuris adiecti sunt numeri. quia quot
cubitorum in altitudine. longitudine. et lati-
tudine fieri debeat non tacetur. ubi &
ponderibus nihilominus adiectitur numerus.
seu cum dicitur. siclus habet obolos XX^{ta}. seu